Cattio.

De Morbo, Catti Amicissime, condoleo quam amicissime; et mali sit minus, nisi mihi ~~alind~~ est a tali solatio. Equidem porro cara vasculi huius uni Figulo commisi; quandoquidem res omnis Medica frustra. Lectionem parcius attingo. Scriptionem oculis ferant minus incommode. neque quae in eos, quasi in phiala, ardua defluxit, segnius isthic commoratur, quam si celerem rotatum impetus. Typographum adfore et ab aliis didici: qui ~~nihil~~ scilicet, libidine Amstelodamensis cuiusdam imitator, homini neque et mali privato, qui de tuis nonnulla et mea omnia, despecta Privilegii authoritate, suis typis recudit. At ego alio nunc auctore, et Batavi mei, et ~~istic~~ hac in urbe, operam suam ultro oblatam scio, ex quo de nova editione rumusculus accessit. Paraclesis item, et Charta et Tabellas addas quot, quales, quantas inviceris. Volumen sit, nodo suis. quid si et simul priora illa cum novis edere animus fuerit, et obtinere Autori Privilegium quam tertius, ipso non consulto, impetraverit! Aliunde suggerunt, egregium libellum ab editione Emblematum obrui. Et videam narrantes, ego nunc ut ne celaveris amicos rei faciendae compendium; fateor operum tuorum dignitatem nihil non plurimi meruisse. At fallor tamen aut ~~nisi~~ ista typographi aviditas aliquid et minimi cessura est, si provide despicitur. ~~...~~ tironem utile dulci miscentis, quam non punctum omne ferri aiunt. Et Credis cura ista comodius tractatum iri. ~~...~~ urgendatione litterarum molestia detrectes, quod spondeo circa has tricas ultima fore. quid enim si typographus aut Comitia vera inermem adoriatur. Adde quod quo propius ad nos accedis, ~~...~~ varias ut video, quam tua nunc circa Remp. assidua exercitatio est. Itaque dum vacas, (si tu hoc unquam) memor esto; tuis imprimis, qui totus ~~...~~ est et ubique

Tuus
C.H.

8° 9bris 1623.